UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 39. Quid si Judex incompetens aliquid decernat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

QUÆSTIO XXXVIII.

An in judice nulliter aut iniquè judicante præſumatur dolus.

SUMMARIUM.

1. *Præſumptio facienda eſt in bonam partem pro judice.*
2. *Inquiſitio ſcrupuloſa adverſus judices reiicitur.*
3. *Cicero exclamat, judices obnoxios periculis.*
4. *Probationes claræ requiruntur adverſus judices.*

REſpondetur non præſumi, ſed eorum favore bona fides & id quod melius eſt 1
præſumi debet. *l.2.C.de inoffic. civitat.judic. Bald l.obſervare §. proficiſci quæſt.*
10. in fine ff.de offic.proconſ.Grammat.crim. conſ. 54. *Hieronymus Giacharus in ſuo*
conſil.ſindicatus nu. 4.ad Iulium Clarum fol.7 Bertaſolus crim.conſ.71.num.8.conſ.81. 2
numer.7.Alciat.reg.3.præſ.10.l.2.C.de off.civil.jud. ideoque contra eos ſcrupuloſa o-
mnis inquiſitio reiicitur, aliàs frangeretur nervus juſtitiæ autoritaſque judicum de-
primeretur atque vileſceret, in officioque ſucceſſores lento nimis gradu vel calcepro-
cederent, *Gram.d.conſ.54.num.3.ubi late.* Hinc Cicero pro Lucio Flacco conqueritur 3
in hæc verba, O miſeras conditiones adminiſtrandarum Provinciarum, in quibus
ſeveritas periculoſa, liberalitas ingrata, ſermo inſidioſus, aſſentatio pernitioſa, frons
omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ; blanditiæ apertæ,
venientes prætores expectant, præſentes inſerviunt, abeuntes expectant. Multa
alia in favorem judicum vide apud Gram. *d.conſ.54.* Hieronymum Giarchanum *d.*
conſ.n.47.

Quare ut judices aut officiati de dolo aut ſordibus convincantur quales quales 4
probationes duorum teſtium ut quibuſdam placuit non ſufficiunt, *Baldus conſ.* 28.
*vol.2.Hieron.Giarchus d.loco num.*101.& 107. Sed neceſſe eſt ut ſint claræ & poten-
tes, *Baldus conſ.28.vol.2.DD.l.fin.C.de probationibus cap.ſciant.2.quæſt. ult.cap. ve-*
niens de teſtib.cap.Epiphanium 5.quæſt.6.l.qui ſententiam C.de pœnis Hieron. Giarch.d.
*loco num.*107.

QUÆSTIO XXXIX.

Quid ſi judex incompetens aliquid decernat.

IUdicem incompetentem multis in cauſis competentem fieri partium ſilentio poſſe, dubium non eſt, uti ex iis quæ variis in locis oſtendi compertum eſt, *tom.1.par.2.quæſt.7.* at vero ſi judex improrogabilis ſit, atque radicitus incompetens, quicquid ab eo decernitur, non judicii colore foveri poteſt, ſed non ſecus ac ſi quid à quoquam extrajudiciali ac privata autoritate factum ſit, irritum eſt, *Barth.l.creditores numer.26. C.de pign. Menoch. de adipiſc. poſſ.rem. 4.numer.* 427. Eoque collimat Doctorum theoria judicis incompetentis decreto, quia privati hominis jure cenſetur obtemperandum non eſſe, *l.3.ff.de offic. præſ.l. obſervare §. ingreſſus ff. de offic. præſ.* interdictiſque poſſeſſoriis contra ejuſmodi mandata obſiſti poſſe, *Menoch.de rec. poſſ.rem. 8.numer.17.& de adipiſ.rem.4.num.*429. *Vant.de nullit. ex defectu juris ord.numer.*107. nihil igitur obſtabit quò minus judex ſi obliqua ejus intentio doluſve detegatur, vigintiduumvirum mandatis pœnalibus coerceatur.

QUÆSTIO XXXX.

Officialis qua ratione poſſit vigintiduumviros juriſdictione ſua abutentes coercere.

SUMMARIUM.

1. *Vigintiduumviri inſtituti adverſus violentias cum juriſdictione odioſa reſtringendaque.*
   Clauſula de ne traiter quelqu' ung hors loy, qualiter intelligenda.
2. *Vigintiduumviri non poſſunt neque principaliter, neque incidenter cognoſcere de valore aut non valore, juſtitia vel injuſtitia actorum aut decretorum ab aliis judicibus latorum.*
3. *Officialis poteſt committere cauſas meri imperii, quales ſunt criminales.*
4. *Vigintiduumviri non poſſunt compulſorialibus mandatis cogere officialem ut eis edat acta coram ſe agitata,*
   Officialis compeſcere poteſt vigintiduumviros ne juriſdictionis terminos excedant.
5. *Officialis eſt adminiſtrator jurium Diœceſis Leodienſis.*
   Officialis poteſt mortales culpas punire, quia omnia mortalia peccata jure Canonico ſunt delicta publica.
6. *Arrogans ſibi juriſdictionem quam non habet, aut eam plus æquo extendens, peccat mortaliter.*
   Officialis habens juriſdictionem ſpiritualẽ & temporalem, Vigintiduumviri

viri